



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCCXVIII. Der Geistliche Heinrich Jesken erklärt eine Urfede wegen seiner in Brandenburg erlittenen Gefangenschaft, am 15. Jan. 1378.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CCCXVII. Das Domcapitel verkauft einem Domherrn eine jährliche Geldrente,
am 11. Nov. 1377.

Hentzo prepositus, Bertramus prior, totumque capitulum ecclesie Brandenburgensis, presentium tenore recognoscimus, quod bene deliberati et unanimi consensu vendidimus et vendimus in hiis scriptis discreto domino Nicolao Plonitz, canonico nostro, tres marcas argenti Brand. et ponderis ad vitam suam, quas singulis annis in festo beati Martini, episcopi et confessoris, sibi vel certo suo nuncio exsolvere debemus sine omni contradictione, pro XXIII marcis dicti argenti et ponderis per ipsum nobis solutis et in reemptionem ville nostre Bukow utiliter per nos conversis. In ejus rei testimonium etc. Datum Brandenborch anno domini M. CCC. LXX septimo, in die beati Martini, episcopi et confessoris.

Nach dem Originale.

CCCXVIII. Der Geistliche Heinrich Jesken erklärt eine Urseide wegen seiner in Brandenburg
erlittenen Gefangenschaft, am 15. Jan. 1378.

In nomine domini. Amen. Anno nativitatis ejusdem M. CCC. LXXVIII. indictione prima, die Veneris, XV mensis Januarii, hora sexta vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Gregorii, divina providentia pape undecimi anno octavo, in presentia reverendi in Christo patris, domini Nicolai Constantianensis episcopi, reverendissimi in Christo patris et domini, domini Petri, sancte Magd. ecclesie archiepiscopi, in pontificalibus vicarii, vero non honorabilis et circumspecti viri, domini magistri Bartoldi Cramer de Helmstede, rectoris parochialis ecclesie in magna Rodensleve, Magd. diocesis, meique notarii subscripti et testium infra scriptorum personaliter constitutus discretus vir Hinricus Jeske, clericus Brand. diocesis, quandam scripturam in pergamento propria manu suo conscriptam in medium produxit eamque legit et in ea effectualiter rogavit, remisit, renunciavit, voluit et permisit per omnia in hec verba: Ego Henricus Jesseke, clericus Brand. diocesis, sponte et libera voluntate publice recognosco, quod injuriis seu violentiis, quas mihi Petrus Globbik, Nicolaus Sukelandt et Tyle Strodene, conversi ecclesie Brand. et eorum in parte complices per captivationem, detentionem vel inclusionem et alias mihi inferre voluerunt et intulerunt totaliter propter amicabilem compositionem mihi factam, eis remitto et propter deum nunquam ulterius persecuturus eosdem et renuncio omni actioni et juri contra eosdem premissorum occasione mihi competenti et competere possit in futurum, nec non liti et controversie, quas premissorum occasione contra predictos et prepositum ceteroque canonicos et conversos ecclesie predictae intentavi et intentare possem conjunctim vel divisim, et nunquam easdem aliquo modo via juris aut alias per me vel aliam submissam personam persecuturus, et si coram aliquo iudice in Romana curia aut extra prefatos citari procuravi aut citationem vel processum obtinui, eos ab illis liberabo et indemnes servare volo et permitto. — Omnibus sic peractis supradicti domini: Nicolaus Constant. episcopus et magister Bartoldus Cramer de Helmstede, rector parochialis ecclesie in magna Rodensleve nomine et ex parte Petri Globbik, Nicolai Sukelant et Tyle Strodene, conversorum, in dicta scriptura expressorum, et suorum

in hac parte complicum quorumcunque nec non et prepositi et singulorum canonicorum ecclesie Brand. predictorum et pro ipsis et eorum quolibet dicto Hinrico, manualiter, realiter et cum effectu in solidum promiserunt bona fide, quod domini conversi et eorum in hac parte complices per se vel alium vel alios dictum Hinricum et suos amicos in nullo de cetero debent molestare, impedire seu perturbare, et quod ipse Hinricus predictus et sui amici pre illis conversis et suis in hac parte complicibus et aliis supradictis debet et debent ubique locorum stare et esse securus et securi. Acta sunt hec Magdeburg, in cimiterio sancti Sebastiani, apud capellam sancte Barbare virginis, anno, indictione, die, mense, hora, pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis: Johanne Dorn, decano sancti Sebastiani, Hinrico Bavari de Berlin, vicario sancti Nicolai novi fori Magd. ecclesie, Paulo Morquitz de Barbi, clerico Magd. diocesis, ac Henningo Mauriti cive ceteris civitatis Magd. testibus ad id vocatis et rogatis.

Et ego Johannis Braxator, Magd. diocesis, publicus etc.

Et ego Johannes dictus Grunenvelt, clericus Brand. publicus etc.

Et ego Nicolaus Nicolaus, dictus Seveld, clericus Misnenfis diocesis, publicus etc.

Nach einer Copie im ältern Copiarlo.

CCCXIX. Eckard von Bardeleben verkauft die Wublitz mit acht Wenden, am 22. Jan. 1378.

Ick Egard von Bardeleue bekenne — dat ick — vorkoft hebbe — Merten, Mathise Clawes Ronnebom vnd Tyle parne dat water, dat dar het die Wubelitz — alle my min vader dat geeruet heft — vnde dat vorbenumede Water uptulaten vor den Schulten tu Schorin mett acht wenden, Der wende sintt viere beseten tu Schorin vnde die ander viere sindt beseten tu Vfez vnde twy schock vnde twey schock hunre, sunderliken vt tu bescheiden ein schock hunner schal ick Egard beholden vp die vorgeante Wende. Vortmehr wehrett dat ick Egard vorvrechtede die Wende tu Vfez so dat sie dar nicht fitten wolden vnd togen to Schorin wonen, so scholen sy my Egarde ousten vmme myne mandele vnde dorfschen my vmme mynen schepele. — Gegeuen na godes bortt MCCCCLXXVIII. zu alden Brandenburg, an fonte Vincencius dage.

CCCXX. Der Official der Brandenburger Propstei citirt einen Bauer, der eine Wahrsagerin zu Rathe gezogen, am 6. März 1378.

Officialis prepositure Brandeb. discretis viris, dominis in Wustermarke et Duratz plebanis, aut eorum vices gerentibus nec non univ[er]sis et singulis ecclesiarum et divinarum rectoribus dicte prepositure Brandeb., ad quos presentes pervenerint, caritatem in domino. Quia in sacris canonibus cavetur, quod non ideo, quia imago Samuelis mortui vera prenunciavit Sauli, propter talia